



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Anno circiter XV. Coloniam adit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

ret. Et quidem cùm in S. Stephani, quod princeps
Postulat di-
annum dñe
clum. Nouiomagi est templum, quondam factosan-
 etum Christi corpus prope summum altare sup-
 plex adoraret, adfuit lux quædam vberior, adeoq;
 clarè sub oculos posuit circundata peccatorū dis-
 crimina, & ruinæ occasionses, vt magno angore, &
 fluētibus lacrymis institerit obsecrare Dominum,
 vt periclitanti sibi adesset, monstraretque, quam
 insistere viam deberet, vt saluus euaderet. Quæ de-
 inde Colonię, iam apud aureos Martyres (sanctum
 Gereonem hodie vocant) degenti frequens redi-
 bat cogitatio, & ardens studium, votumque, saepe
 enim interioribus incitabatur stimulis, vt percu-
 peret, atque anxius peteret, vt sibi gratia Dei præi-
 ret dux ad certum vitæ cognoscendum ac deligē-
 dum genus, quod & ipsi Deo gratum, & salutife-
 rum sibi foret: idem quod Propheta, quanquam
 non verbis iisdem precans. Vias tuas Domine de-
 monstra mihi, & semitas tuas edoce me: & dirige
 me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus Sal-
 uator meus. Hæc in doles, hoc diuinæ gratiæ Ma-
 gisterium erat.

*Ann. circiter
 15. Coloniam
 adic.*

Humana verò institutio, ac disciplina puerilis
 hæc fuit. Sub annū ætatis quintum decimum, cū
 iam

iam nec ingenij culturę, nec morum cōmoda esset
in patria cōmoratio, Coloniā missus est, vt procul
à raptoribus horarum bonarū domesticis, & soda-
liū corruptela, sub idoneis Magistris vtraq; excole-
ret, ac perficeret. Plus annis decē mansit Coloniæ,
non tamen sine interiectis subinde peregrinati-
onibus. Primis annis domicilium apud aureos
Martyres habuit, in hospitio venerabilis Theologi
Andréæ Barduik. Magistrum autem, ac Patris loco
diuina prouidentia, quasi Ananiam Paulo præpa-
rarat Sacerdotem haud indisertum, sed eundem
probatissima vita Nicolaum Eschium, iis maximè
deditum studiis, quæ animū ad diuina sustollunt,
& Theologia mystica continentur. Quo in gene-
re conscriptas ab eo postea exercitationes quasdā
Spiritus, cum bona operis, & autoris commenda-
tione Laurētius Surius euulgauit. Hic & sua spon-
te ad morum magis, quam ingeñorū expolitio-
nem intentus, & inuitatus bonitate adolescentis,
multò enixius meliorem illam magisterij partem
ad virtutis cōformationem exequi cœpit. Assidu-
us lateri adhærebat simul innocentiae custos, si-
mul perfectionis Euangelicæ sator. Simplici, inte-
groque pectori, quasi nitidæ membranæ, puræq;
tabu-

*Institutus
a Nicolao II.
schio sanctif-
fici.*